Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26152
Copyright: Admont, Benediktinerstift



139

& post hec ad se & ad alias adolescentulas aduenisse cog
noscens dicit. Ecce hic retro post parietem nrm. Si edi
ficaueris parietem & feceris edificationem diuenier post
parietem tuum, prospiciens per fenestras. Una fenestra unus sen
sus. & per hunc sponsus prospicit. Alia fenestra alius est sensus. per hunc sponsus sollicite circumspicit.
Qui sit sensus non per spiritum sermo dicit. Quid sit autem prospicere per fenestras. & quo modo
per eas sponsus aspiciat. sequens docebit exemplum. Vbi non prospi
cit sponsus. ibi mors inuenit ascendens. ut legimus in ie
remia. Ecce mors ascendit per fenestras uras. Quando uideris
mulierem ad concupiscendum eam. iam mors ascendit per fenes
tras tuas. Et minens per retia. Intellege quia in medio laqueo-
ambulas. & subtus machinas transis inmunemes. Omnia
rebus plena sunt. Diabolus laqueis cuncta compleuit. Si autem
uenerit christus sermo dicit & ceperit eminere de rebus dicens.
Anima nra sicut passer erepta est de laqueo uenantium. laqueus
contritus est. & nos liberati sumus. Benedicta uos domino. qui fecit
celum & terram. Et minet quia sponsus per retia una tibi faciens.
hic descendit ad terras. subiecit se rebus mundi. Videns
magnum hominum gregem rebus impeditum. nec eum aliter
ase posse absolui uenit ad retia. assumens corpus huma
num quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur. eas christus dissu
pit. & loquens. Ecce hic retro post parietem nrm, prospiciens
per fenestras. eminens per retia. cum eminuerit. dicit tibi.
Respice statuelis mis. & dicit. Surge ueni, proxima mea, una